



## **Breviarium Chronologicum Veteris Testamenti Rerum Gestarum**

Ab Orbe condito Vsque ad Christum natum Synopses complectens.  
Xenivm Academicæ Sodalitati Dominorum, B.M.V. Annuntiatae Herbipoli  
oblatum

Sacerdotium Ducale ... - Complectens Synopses Sacræ & profanæ historiæ  
à fine captivitatis Babylonicæ & Hebræorum Ducum ac Persicæ  
Monarchiæ initio usque ad Christum natum

**Gartner, Michael**

**Herbipoli, 1697**

Nova inventa & urbium natales.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65122](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65122)

An. m. 4051. aliquot menses ante Christum, bosphorus ante solem, vox ante VERBUM, quod CARO FACTUM est eodem anno in utero Virginis.

¶ ¶ ¶ ¶ ¶

§. 8. Nova reperta & Urbium Natales.

Circa annum, m. 3775. ante Chr. 278. Ptolomai Philadelphi 8. Eleazari Pontif. 10. divinum illud beneficium versionis sacrarum litterarum in linguam Græcam factum est orbi universo.

Versio hoc modo contigit: cupiditas Philadelphi divinitus injecta est colligendi nobilissimam Alexandriæ Bibliothecam, cujus cum præcipuum ornamentum futuri crederentur libri Judæorum, quos illi divinos profitebantur, & summo studio conservabant, ne in vulgus promanarent, Ptolomæ collato in Judæos ingenti beneficio sacrisque muneribus, eis sapienter & suaviter vim injecit, ut sacros libros in græcum idioma vertendos præberent. In hunc finem omnes captivos Judæos dimisit. 120. millia

na

2 11

suiffe

uisse scribit Genebrardus, misitque donaria,  
phialas aureas 20. & argenteas triginta,  
annulos, cornua &c. crateras quinque, men-  
sas, super quas oblationes fierent, & pecunię  
valenta centum ad alios templi usus, quę  
munera Hierosolymam detulerunt *Andreas*  
& *Aristeus* viri præcipui. In his autem mu-  
neribus pretiosè & artificiosè elaborandis  
summã curã se se impendebat Ptolomæus,  
ita, ut Josephus scribat, sæpe illum omi-  
s publicis occupationibus assedisse artifi-  
cibus, ut illa sollicitè perficerent; addidit  
ornatum horum munerum pretiosos la-  
pides magnitudine conspicuos copiosè, ita  
numerus ad quinque millia excreveret:  
his autem solertia ita excelluit in vasis,  
artificum industria & lapidum valor quin-  
tuplò pretium auri superaret, cum tamen  
Josephus memoret mensurę modum ac men-  
suram habuisse in longitudine duos cubitos  
aut dimidio, in latitudine unum cubitum,  
in altitudine autem fuisse sesqui cubitalem,  
non tantum aureis laminis extrinsecus  
ductam, sed auro probato solidam in cras-  
situdine non minorem semicubito. Necessarium  
est, ut ingentis pretij fuerint hæc do-  
naria, quibus Deum verum Judæorum *Phi-*  
*læus* honoravit, cum legem vertere,  
de lingua in linguam transferre propo-  
sisset.

R 3

Quã

Quâ liberalitate cum Judæos sibi obstrinxisset, ut libros promptâ voluntate & gratitudine magnâ extraderent, conquisiti sunt quæquæ versum septuaginta duo peritissimi viri, qui simul virtutis & litterarum laude celeberrimi audiebant, ex qualibet duodecim tribuum sex; ita *Eleazaro* Pontifice disponente, ut nulli ex tribus plus minusve honoris per hoc exhibuisse videretur. Qui ubi Hierosolymæ convenerunt, ibidemque ab *Eleazaro* donis unâ cum libris deferendis liberaliter quoque instructi essent, *Aristai* & *Andrea* legatorum auspiciis Alexandriam profecti sunt, eodemque die libros aureis characteribus in subtilissimis membranis exaratos cum alijs muneribus obtulerunt, quo adversus *Antigonum* navali prælio victor *Ptolomæus* triumphavit; ut duplici gaudio dies ille sollemnissimus ageretur. Posthæc per aliquot dies convivio regio magnificentissimè gratissimos hospites excepit; subtilissimis insuper quæstionibus in cætu suorum Philosophorum sapientiam eorum exploravit, & apprehendit cum sui & Ægyptiorum omnium admiratione, viros esse omnes præstantissimos, quorum fidei, doctrinæ & virtutis tantum opus committi posset.

Post hæc *Demetrius*, qui regiæ Bibliothecæ tum temporis Præfectus constitutus erat,

erat, viros ad maris insulam deduxit, in qua domus erat supra littus perquam decenter ornata, & quæ multo silentio quiesceret, rebus omnibus ad vitæ usum elegantissimè dispositis instructa: illic eos ad perlegendam interpretationem constituit, in cædris unicuique seorsim assignatis, ita ut suam quisque versionem sine alterius scitu & intuitu elaboratam per partes quotidie Demetrio extraderet. Totius autem legis versione intra dies septuaginta duos absolutâ (quâ temporis brevitatem apertum miraculo ostenderunt, se instrumenta esse divinâ scriba velociter scribantis)

Demetrius advocatis omnibus Judæis in locum, ubi versio facta fuit præsentibus etiam interpretibus perlegit codicem, deprehensumque est omnium verba & sententias quasi unâ mente conceptas, uno calamo scriptas ad apicem convenisse; erant autem libri, quos verterunt, non tantum Moysis, sed & Davidis & aliorum prophetarum, ut multis Sanctorum Patrum ostendit Saljanus, & expressè D. Cyrillus ait Cath. 4. *divinas lege scripturas veteris testamenti libros viginti duos, quos septuaginta duo interpretes transfulerunt.*

Rex ubi exemplaria singulorum perlustravit, & unanimum omnium in unum sententiam conspirantium concordiam, quasi ab eodem

eodem magistro dictata verba singula excepissent, admiratus esset & deprædicasset, donis ingentibus locupletatos interpretes domum remisit; annuâ insuper celebritate memoriam tam miraculosæ versionis celebrari instituit. Hodie, inquit Philo. solennis celebritas renovatur in Pharo insula, ad quam non tantum Judæi, sed & alij plurimi trajiciunt locum veneraturi, in quo primum visa est hæc interpretatio, & pro tanto beneficio tanquam recenti gratias Deo acturi; post vota autem & gratiarum actiones cum amicis & domesticis in litore epulantur. De cellis separatis ingens certamen est nos inter & A catholicos, qui pertinaciter hoc miraculum manifestum negant, & pro sua sententia habent fauorem S. Hieronymum, quo sibi mirificè applaudunt: ille enim apertis verbis in Epistola ad *Desiderium* negat hanc septuaginta cellularum, & in eis interpretum factam separationem, aitque in una basilica congregatos fuisse, cellulas autem mendaciter constructas esse. *Iosephus* etiam & *Eusebius* nihil meminerunt de cellulis.

Catholici autem patrum antiquorum innixi auctoritate præclarissimè, per cellulas hæc miraculum factum & divinum beneficium, extollunt, & citantur pro hac sententia à *Saliano*, *S. Iustino Martyr*, *S. Irenæo*, S.

& *Cyrillus*, & *S. Epiphanius*, & *Epiphanium*  
*secutus Iustinianus Imperator* Novell. const.  
 46. *S. Augustinus*, *Ruffinus* &c. Numeran-  
 tur etiam assertores hujus sententiæ *Philo-*  
*strullianus*, *Clemens Alexandrinus*, *D.*  
*Chrysostomus*, & defendunt doctissimè *Leo*  
*Castorius*, *Alphonsus Salmerou*, *Baronius*,  
*Preferus*, *Serarius* & Doctores plerique.  
 Ratio autem cur *S. Hieronymus* hoc ne-  
 verit, hæc est; cum ille fidelissimè scri-  
 pturas sacras ex Hebræis fontibus vertisset,  
 cepit habere multos adversarios, quibus  
 hæc novâ interpretatione videbatur illa  
 prior per septuaginta interpretes facta an-  
 quari, & veluti fugillari, ideoque illam in  
 prima veneratione complectentes multum  
*S. Hieronymo* opposuerunt; unde vir  
 doctus, animo acer, & ingenio fervidus  
 molesto stylo priorem illam interpreta-  
 tionem perstrinxit; præsertim quia con-  
 versus erat multorum erratorum, quæ tem-  
 porum successu in illam irrepserunt; itaque  
 non tam primam illam genuinam & limpi-  
 am adhuc, quam vitiatam persecutus est,  
 sed quam corruptelam factum deinde, ut  
 multi alij vertendi laborem susceperint. Ut  
 ait *Aquila Iudæus* tempore *Adriani Cæsa-*  
*ris*, *Theodotion Ephesinus* proselyta judaicæ  
 religionis sub Imperatore *Commodo*, *Sym-*  
*nachus* sub *Severo*, & alij incerti auctores  
 earum versionum.

R 5

Nova

*Nova quadam profana  
reperita.*

Circa tempora Ptolomæi Regis ex Ægypto Romam transportatus est usus horologiorum solarium, & primò solare horologium fecisse scribitur Papyrius. *P. Licinius* hâc ætate primùm tonsores è Sicilia Romam induxit. Gemmarum luxuria Romam primò illata est post devictam Asiam: quæ posteaquam Romanis subdita facta est, cum opibus suis vitia quoque transmisit Romam. Usus papyri, quâ abundant Nilus & mare Ægyptium, sive chartæ junceæ inventus à *Philadelpho* ad parandam librorum copiosam supellectilem, cum antè scriberetur in arborum corticibus: *Philadelphum* æmulatus est *Attalus* Pergami Rex, qui pro sua bibliotheca condendâ invenit usum pergamensæ membranæ. Idem *Attalus* docuit primus aurum intexere, unde *textæ Attalica* dicuntur. Primus è medicis



dicis venit Romam Peloponensis Archagatus an. urb. cond. 535. tamdiu enim Roma medicis caruit.

M. Æmilio P. Servio Coff. argenteus nummus primus figuratus est.

Ante ætatem *Lalij & Scipionis* nulli apud Romanos sapientes nominantur, ex quo colligitur, quod Romæ litterarum & disciplinarum studium tunc temporis modò inceperit, nec iuventus Romana aliis, quàm Græcis exercitationibus alebatur; nam *Pho-* natione Gallus fertur primus fuisse, qui Cicerone adhuc puero existente latinè Romanam iuventutem docere incepit. Primum divortium Romæ induxit *Carnitius* & meritò odium populi Romani incurrit.

Augustus Cæsar orbem universum per Geometriæ peritissimos emensus, hæc celebriora comperit. *Maria* 30. *Insulas* 27. \* *Montes*. 40. *Provincias* 78. *urbes insignes*. 370. *majora tumina* 94. *gentes* 125. *ambitum* vè orbis trecenties quindecies cen-

R 6 tena

tena passuum millia continere in longitudinem, ab Oriente in Occidentem sive ab India ad fretum Gatidanū octuagies quinquies centum septuaginta octo milliaria, latitudinem à meridie ad septentrionem fere dimidio minorem quinquagesies septuaginta duo milliaria, maris verò profundissimum perpendiculo in quindecim stadia protendi. Hæc quidem temporibus *Augusti* inventa sunt, sed ab eo tempore valde est aucta Geographia Christianorum sedulitate.

Anno m. 4005. ante Chr. 45. *Julius Cæsar* operâ *Sosigenis* periti Mathematici correxit annum, cùm reperti essent dies sexaginta septem, qui propter frequentem Pontificum intercalandi licentiam, superârunt annum solarem, & adeò digressa est anni ratio à legitimo loco, ut solstitium æstivum in 3. Calend. Augusti incideret, & neque messis æstati, neque vindemia autumnò amplius competeret. Itaque hoc anno Cæsar inter Novembrem

brems ac Decembrem duos integros  
mensis, qui dierum sexaginta septem  
erant, intercalavit, & is ipse annus  
4008. erat annus intercalaris ordina-  
rius, quo ex consuetudine intercalan-  
dus erat aliquis mensis, ut Censorius  
ait, impar, pauciorum scilicet, ac non  
nisi 23. dierum, qui inter terminalia  
& regifugium mense Februario infe-  
rebatur; inde factum est, ut annus iste,  
quem Macrobius vocat annum con-  
fusionis, quindecim mensibus consti-  
tueretur, & dies 444. completeretur.  
Ab hoc anno inceperunt anni ab hoc  
reformatore & auctore ejus Julio dici  
anni Juliani.

*Urbes condita.*

Lysimachia in Thracia condita à  
Lysimacho \* Nicomedes condi-  
tor Nicomediae \* Ticinum conditum  
à Boiis insubribus \* Carthago & Co-  
rinthus restitutæ ab Augusto \* Seleu-  
cia à Seleuco \* ab eodem Ediffa, Be-  
roea & Pellus \* Eumenia in Phrygia  
con-

condita ab Eumene \* Onias filius Pontificis Oniæ conditor Heliopoles \* Sebaste solo æquata ab Hyrcano Pontifice Judæorum, & ab Herode in honorem Augusti instaurata \* Nicopolis condita ad memoriam pugne Actiacæ \* Herodes conditor Cæsareæ in honorem Cæsaris; vocabatur autem turris stratonis \* Idem condidit Antidonam, Antipatridem & Herodionem in Antipatri & suum honorem \*

— 05 90 — 05 90 — 05 90 — 05 90 — 05 90 — 05 90 — 05 90 —

S. 9. *Persona scientiis & artibus celebres.*

**M**ENEDEMUS Erethriensis Philosophus tantæ apud suos auctoritatis fuit, ut gubernacula urbis ei cederentur; septem diebus ab omni cibo abstinere potuit absque valetudinis detrimento, vixit temporibus Antiochi Magni.

THEOPHRASTUS Cresius Philo-  
lofo.